

281.

Landgraf Diezmann nimmt das Kloster Marienthron für die Dauer seiner Fehde mit dem Markgrafen Friedrich von Landsberg in seinen Schutz.

1288 Juli 12.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1218. Für das fehlende S. sind Einschnitte im Pergament vorhanden.

Gedr.: Wilke Ticemannus cod. dipl. 74 No. 53. Husche Magazin 6, 380 f.

Ann.: Vergl. Lorenz Grimma 445. v. Posern-Klett Zur Gesch. d. Verf. der Markgrafschaft Meißen 70. Weyde Friedrich d. Freidige 109 f.

Nos Theod[ericus] dei gratia iunior lantgravius Thuringie et dominus terre Plisnensis omnibus | hanc nostram litteram audientibus volumus fore notum, quod ad 10
petitionem domine abbatisse | et sanctimonialium deo famulantium in Trono sancte Marie
circa Grimmis ipsum claustrum | cum omnibus villis allodiis prediis eisdem deservientibus
in nostram protectionem recepimus pariter et tutelam hanc libertatem specialem et gra-
tiam concedentes eisdem, ut gwerra, que est inter Fr[idericum] patruum nostrum
marchionem de Landisberg et nos, durante possint singulariter et universim ad singula 15
sua proficisci negotia metu personarum et rerum penitus procul moto, possunt quidem
metere, arare, seminare, pecudes suas ad solita pascua conducere, negotiari in singulis
suis negotiis freti prius data desuper voluntate et nostra libera libertate. Hanc igitur
gratiam et libertatem predictis dominabus et earum subditis concessam omnibus nobis
famulantibus et qui nostris parere curaverint iussionibus et mandatis omnibus, qui nunc 20
seu in futurum nostri fuerint adiutores, observandam committimus fideliter efficaciter et
ferventer, sic ut predicto nostro freti opitulamine ad quevis ipsorum negotia libere con-
vertantur. Et ut huiusmodi nostra donatio in predictis robor firmitatis obtineat, presens
scriptum eisdem concedimus pro cautela nostri munimine sub sigilli. Datum anno domini
millesimo CC LXXXVIII, quarto idus iulii.

(SD.)

282.

Markgraf Friedrich (Tuto) von Landsberg bestätigt dem Jungfrauenkloster in Nimbschen alle seine Privilegien und Besitzungen.

Leipzig, 1289 Nov. 24.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1275. Das wohlerhaltene Reitersiegel (Posse Siegel der Wettiner 30 Taf. VI, 4) an Fäden von rother und gelber Seide.

Gedr.: Husche Magazin 6, 381 ff.

Ann.: Vergl. Lorenz Grimma 1049 Note 2.

Fridericus dei gratia Misnensis Orientalis ac de Landesbere marchio universis presentem litteram inspecturis in perpetuum. Quoniam ea, que in tempore fiunt, cum 35 tempore pariter dissolvuntur, necesse est et ex laudabili consuetudine introductum, quod ea, que ab hominibus rite et rationabiliter aguntur, ne in oblivionem futurorum perveniant, perpetuationem recipiant testimonio litterarum. Omnibus igitur tam presentis quam futuri |